

tante ad collacionem, presentacionem, prouisionem seu quamuis aliam dispositio-
nem episcopi Arosiensis, si quod vacat ad presens, uel quamprimum vacauerit
in ciuitate uel dyocesi Arosiensi, eidem de benignitate sedis apostolice dignemini
misericorditer prouidere cum acceptatione, inhibitione, reseruacione, decreto et
clausula antefferri et cum omnibus aliis non obstantibus et clausulis oportunis et
executoribus deputatis ut in forma.. *Fiat etc. R.*

Supplicat S. V. humilis filius Signastus Olauī clericus Vpsalensis dyocesis
quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collacionem etc. archiepiscopi Vpsa-
lensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.*

Supplicat S. V. humilis et deuotus vester orator Ingo Helmundi presbiter
Lincopensis dyocesis, quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collacionem
etc. episcopi Aboensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.*

..... Et quod transeat sine alia lectione.. *Fiat R.*

Datum Auinione iiii kal. jun. [pontificatus nostri] anno septimo.

4334.

1348 Maj 30.

Vårfruberga.

Margareta Turesdotter erkänner sig vara skyldig Vårfruberga kloster 24 mark penningar för
några gods i Torsjö i Torsås socken, Vexiö stift, med särskildt tillagd bestämmelse, om Ramfrid Tures-
dotters arfvingar inom utsatt termin betalt 40 mark penningar som lösen för nämnda gods.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras [insp]ecturis Margareta Thurissdoter salutem
in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me religiosus in Deo
dominabus Inge Byrgersdoter abbatisse et conuentui in Montis beate virginis
monasterio in viginti quatuor marchis denariorum monete nunc currentis teneri
et veraciter fore obligatam et in octaua assumptionis beate Marie nunc proxima
ventura absque dilacione qualibet vtique per me siue heredes meos pro quibus-
dam bonis in Thorsyo, parochia Thoraas Wæxionensis dyocesis sitis cum singulis
eorundem pertinenciis, prope vel remote positis, nullis penitus exemptis, pro
earundem libito voluntatis persoluendis, si vero resolutio prediorum predictorum,
videlicet quadraginta marche denariorum monete vsualis per heredes nobilis ma-
trone Ramfridis Thurisdoter infra hinc et terminum solucionis pretractum ex ju-
ribus legum patrie apparuerit, vt exigit tenor regis, extunc promitto me siue
heredes meos prenotatas quadraginta marchas denariorum in termino preexpresso
sine omni impedimento quomodolibet veraciter persolendas dominabus memoratis
seu eciam litteram domini regis per me habentem antedictis dominabus fide media
promitto assignandam. In cuius rei testimonium firmiorem sigillum meum pre-
sentibus est appensum. Datum monasterio prenotato anno Domini m^occc^oxl^o
octauo feria sexta proxima post ascensionem Domini.

Sigillet borta.

Ett mindre stycke af brefvet är bortfrätt.